

lent, & more ferarum cicurati appa-  
reant, non minus tamen brevi ad  
pristinos redeun*t* mores. Medici  
illos non irritando*s*, sed molliter tra-  
ctandos censem*t*, quod ad iram pro-  
vocati, dum animus excandescit &  
effervescat, magis furibundi eva-

CONSULTAT. X.  
*De Orthopnæa gravissimâ Dn. Praefecti Isnensis, lethali  
ad Dn. D. Emanuelem Didymum Reip. Campodan-  
nensis Medicum.*

**N**on dubito, quin recenti  
adhuc teneas memoriâ me-  
dum in Patientis nostri cæ-  
naculo consultantes, quid  
opus sit fact*o*, inambularemus, cum  
inter cetera remedia, viñum chaly-  
beatum per decem dies infunden-  
dum, esset propositum, asseruisse, ma-  
gnum instare periculum, n*e* ager  
prius suffocetur, quam illud præpa-  
randum, parum abfuisse, quin hisce  
diebus vaticiniū illud adimpletur.  
Etenim à tuo statim discell*o*, per  
octiduum tam strenuè cum Morte  
colluctando, se exercuit, illius fau-  
ces præcludere annitente, ut veren-  
dum, ne brevi Natura succumbente,  
morbis ipsum penitus prosternat ac  
conficiat. Tam infastum morbi  
decursum pridem prævidi, hæc cōje-  
cturâ fretus, quod etiam ab optimis  
remediis, expectorationem promon-  
ventibus, & effectum rite peragen-  
tibus (cum intra dies 14. patellam

crassorum & viscosorū phlegma-  
tum, quotidie per os rejecerit,) sym-  
ptomata non remissiora reddit*a*, sed  
indies deteriora subsecuta, quæ ex-  
tremam caloris naturalis imbecilli-  
tatem portendunt: cuius defectu,  
partes solidæ, alimentum submini-  
stratum nec concoquere, nec assimu-  
lare, nec ea, quæ ex vitiosâ diges*io*-  
ne resultant excrementa, per conve-  
nientes vias possunt expellere. Vi-  
dentur pulmones & tota pectoris  
capacitas materiâ pituitosa viscosa  
repleta, ut nihil miri, si orthopnæa  
infestare cäperit, jugiterque noctu  
inprimis affligat. Materia illa partim  
à capite & cerebro frigidore genita  
descendit, sed rationi magis conso-  
num, humores fero*s* & indigestos,  
è venoso genere in Pulmones & pe-  
ctoris regionem effundi, à malâ ven-  
triculi & Epatis constitutione, pro-  
natos.

Verè Hippocrates lib. 21. aphor.

Kk 3

40.

40. Raucedines & gravedines, in  
valde senibus coctionem non ad-  
mittere. Galenus in comment, ac-  
censet etiam asthma, & alios affectus  
à crasso phlegmate oriundos. Exin  
cum Patiens noster excesserit annum  
70. haud mirandum, etsi per expe-  
ctorantia ingens phlegmaticorum  
humorum copia rejecta, orthopnæa  
tamen non remissor, sed acerbior,  
exin arguenda extrema caloris nati-  
vi debilitas, nullam debitam conco-  
ctionem peragentis, sed optima eti-  
am cibaria in excrementitis super-  
fluitatis convertentis, hinc recens  
morbo suppeditur fomentum. Si-  
cūt Ætna mons, in eructando igne

sua habet intervalla: ita orthopnæa  
sua phlegmata evomit, prout citius  
tardiusvē nova succreverit materia,  
ad excretionem stimulans, & sic in  
infinitum labor noster inanis foret,  
in procurandâ phlegmatis mundifi-  
catione, cum indies alia materia ac-  
cumulata, affluat. At cum calor na-  
turalis concoctionis effector, in tam  
senili corpore, valdè labefactatus,  
in integrum testiui nequeat, nec ex-  
crementorum proventus impediti  
valeat, nihil amplius spei in humanis  
præsidiiis relictum animadverto,  
quin æger brevi à morte abiipien-  
dus, cuius jam Nuncii videntur pre-  
ficibus p̄astolari, ipsum ayocatui,

## CONSULTAT. XI,

*De Affectu sinistri Renis calculoso & Lienis obstructionibus, ad  
primarium Medicum cuiusdam Reip. Imperialis, quatuor  
Medicorum discrepantes opiniones.*

**Q**uād arduum ac difficile  
de morbis abstrusis ac re-  
conditis existat judicium,  
ipsa Experientia contesta-  
tur, dum Medici quantumvis subli-  
mi ingenio dotati, acrique judicio  
prædicti, de unius ejusdemque ægri  
affectibus sepius magis patulis quam  
iste, quo Patiens noster affligitur,  
sele ostentet morbus, non raro è dia-  
metro pugnantes ac discrepantes in  
medium adferunt sententias suas  
quilibet accommodatis rationibus

suffuleentes ac corroborantes. Quod  
& in casu N. contingere assoleret,  
Nonnulli Medici morbum in Liens  
suam habere residentiam asseverant,  
alii Epatis & venarum meseraica-  
rum obstructionibus culpam impu-  
tant, quidam Reni sinistro omne  
vitium assignant. Nostra medica fa-  
cultas, non videtur esse Geometria,  
quæ firmis ac immotis semperargu-  
mentis, sua themata demonstrare  
valeat, quin majori ex parte conje-  
cturis nitatur sat ambiguis, Dædalo  
opus